

[1]

**Gloriosus DIVI JOANNIS NEPOMUCENI
pro sigillo poenitentiae agon,
venerationi Sancti Protomartyris
scenice adumbratus
anno ab apotheosI DeCVrsoqVe soLennIVM eIVs IVbILo^a**

Agente pro theatro Perillustri, Nobili ac Ingenua supremae classis
[grammaticae] juventute Glattoviae die ..., mense Majo

ARGUMENTUM

Suppeditat D. Joannis Nepomuceni in tuendo ad mortem usque confessionis arcano
invicta fortitudo. Poesis Joannae Pietatem, Wenceslao Desidiam, Sanctitatem de-
nique Joanni subrogavit.

PROLUSIO

Novam trophyaeis Martyrum additura lauream Fides, cum inexpugnabile sui clypei
robur praedicat, una arcanorum Dei sigillum paeferens illud commendat. Tobias 12.:
Sacramentum Regis abscondere bonum est.^b

INDUCTIO I.

Coronatae Desidiae contubernium pertesa Pietas in uno Coelestium rerum studio
delectaeque morum arbitrae Sanctitatis aethereo ductu mali levamen reponit. *Fe-*
citque eum sibi auricularium a secreto. 2. Regum c. 23.^c

INDUCTIO II.

Nefaria coronatam Desidiam incessit Curiositas: quid piaculari in seipsum actione
Pietas arbitrae Sanctitati identidem judicandum deferret? Ejus suscitandi causa An-
dino internuntio Sanctitatem epulis adesse jubet.

Titulus Majo] Maji GA.

Inductio II. quid piaculari] quidpiaculari GA.

^a Chronogram = 1730.

^b Tb 12,7: *Etenim sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est.*

^c II Sm 23,23: *et ipse nominatus inter tres robustos qui erant inter triginta nobiliores verumtamen usque ad tres non pervenerat fecitque eum David sibi auricularium a secreto.*

INDUCTIO III.

Divino admonitu impendentem praesagiens pugnam Sanctitas ad adipiscendam lauream Sacro incitatur oraculo: *in silentio et spe erit fortitudo*. Isaías 30.^d Sub haec ad symposium accersit Andinus.

INDUCTIO IV.

In oblata amystide mulsi vice commissum syngraphe impium desiderium Sanctitati propinat Desidia. Exhorrescit ad id Sanctitas atque ita nervose rejicit, ut praeferebatur discessum a proposito Desidia Sanctitatem dimittat.

[2]

INDUCTIO V.

At recrudescit ocyus sacrilegae Curiositatis aestus. Quapropter revocata Sanctitate, ut voto Desidia potiatur, preces minis armat et blanditiis; atque nil utrumque proficiens, cruciatibus cogendam ad loquendum in carcerem amandat.

INDUCTIO VI.

Necquiam e Pietatis jussu Sanctitatem perquirens Fidinus, inspecto forte carcere distentam in equuleo attonitus contuetur, dataque secreti fide, ex Andino causam elicet.

CHORUS

Ignarae corrumpi linguae ominatur futurum praemium: *ut non videat corruptionem*. Psalmus 15. v. 10.^e

INDUCTIO VII.

Impetrato Fidinus in ergastulum aditu, fingit a Pietate ferre, quidquid Desidia cuperet, dicendi facultatem. Sed firmandae in silentio fortitudinis memor Sanctitas, a commentitia loquendi libertate abhorret.

INDUCTIO VIII.

Imperio Nemesis novo intentam facinori Desidiā praeteritorum mole per quietem Synteresis exterret. Aliquo exinde metu perstricta Desidia vinculis absolvit Sanctitatem.

Inductio V. armat] amat GA.

Inductio VI. Necquiam] Nec quiquam GA.

^d Is 30,15: *Quia haec dicit Dominus Deus, Sanctus Israel, si revertamini et quiescatis salvi eritis in silentio et in spe erit fortitudo vestra*.

^e Ps 15,10: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno non das sanctum tuum videre corruptionem*.

INDUCTIO IX.

Facti ignarus Fidinus quaerentique de Sanctitate Pietati totum, quod compererat, patefacere veritus, narrat a gravi adversario apud Desidiam urgeri.

INDUCTIO X.

Asserta licet in Pietatem Sanctitas e fortí tamen silentio relatam integre palmam nondum rata, authore Parthenio robur confirmare properat apud Virginem: *quae conservabat omnia verba in corde suo.* Lucas 2.^e

INDUCTIO XI.

Haec inter supplex fit Desidia Pieta, ut contra protervum hostem Sanctitatis tutelam suscipiat. Sentit ab ignara Pietate seipsam peti Desidia atque simulate facturam appromittit.

INDUCTIO XII.

Sed mox a dimissa Pietate in suaे improbitatis indicem excandescens ejus inquirendi sistendaeque denuo Sanctitatis munus imponit Andino.

INDUCTIO XIII.

Conjectae in novum discriminem Sanctitatis [...].^f

INDUCTIO XIV.

Ea de causa Fidinus jussam iterato Desidiae mandato adesse Sanctitatem efflictim a comparendo deterret, sed incassum.

INDUCTIO XV.

Sacri rursum secreti fidem convellere laborat Desidia frustrantemque invicto silencio conamina Sanctitatem aquis funerandam addicit.

INDUCTIO XVI.

In liquido elemento solidi triumphi lauream Sanctitas gloriose consummat.

Inductio X. verba] verbum GA.

Inductio XIII. om.] munus imponit Andino GA.

^e Lc 2,19: *Maria autem conservabat omnia verba haec conferens in corde suo.*

^f Po slově *Sanctitatis* pravděpodobně chybně vytištěná stejná slova jako na konci předchozí scény.

EPILOGUS

Sancto sigilli poenitentiae Protomartyri super relata e fortis silentio palma verbis Isaiae exultanti: *Silui, patiens fui. c. 42. v. 14.*^g Cum eodem Propheta applaudit: *Domini voluit, ut sanctificaret eum. Ibid. v. 21.*^h

O. A. M. D. G.

Typis Novae-Domi, Joannis Petri Kincz

^g Is 42,14: *Tacui semper, silui, patiens fui; sicut pariens loquar, dissipabo et absorbebo simul.*

^h Is 42,21: *Dominus voluit, ut sanctificaret eum et magnificaret legem et extolleret.*